peccatoris sunt et̄ duo. s. amor: ⁊ dolor. ⁊  
hi sūt due molle qb⁹ p̄tū cōteritur. q̄  
s̄m legē nō debet̄ diabol in pignore ob  
ligari. Ex parte ecclesie s̄t duo. p̄i  
mū est meritū ⁊ p̄cipue ip̄i qd̄ est inexti  
mabile ⁊ alioy scōrum q̄ fecerūt opa mu  
ta superogationis. que oīa sub p̄tate cla  
uū sūt posita. vt quod minus est in vno  
mēbro ecclesie cūpenset̄ in alio. Tñ si ali  
quis nō est mēbrum ecclesie nō insunt in  
ip̄iū meritū p̄dictūz. Scd̄m ē indulgētia  
quā dat ecclesia p̄ papā ⁊ epos. tñ vt ip̄a

indulgētia tñ valeat q̄tū sonat exigit au  
toritas. ⁊ cā. s. cōis vtilitas ex parte dā  
tis. exigit etiā fides formata ⁊ obediētia  
ex parte recipiētis. hoc est vt soluat illud  
propter quod datur.

De p̄nia venialū.

Capl'm. 33.

Eniētia ē remediū institūtū ad ex  
piandū peccatūz cui debet̄ pena  
sensibilis que cū debeat̄ p̄tō nō  
solū mortali s̄ et̄ veniali p̄ q̄ p̄nia est re  
mediū p̄tra vtrūq̄z. q̄: nō ē simpl̄r d̄ ve  
nialib⁹ s̄ d̄ mortalib⁹. q̄: p̄nia introducta  
ē ad recōciliādū amicitia vel amicitia quā  
mortale p̄tū tollit. Licet igit̄ nō sit d̄ ve  
nialibus simpl̄r p̄nia. tñ est per accid̄s. ⁊  
hoc ē trib⁹ modis. I. p̄imo rōe dubiū. vt  
q̄n credunt̄ esse mortalia. 2. rōne statuti.  
vt q̄n hō q̄ tenet̄ cōfiteri semel in āno n̄  
h̄z nisi venialia. 3. rōne piculi vt q̄n veni  
alis delectatio ad hoc p̄ducta ē q̄ nisi hō  
se auertat ab ea trahit in mortale. S̄z de  
remissione venialis p̄tī sciēdū q̄ in duo  
bus casib⁹ nō remittit̄. I. p̄mū ē si talis  
h̄eat p̄tū mortale quā sine mortali nūq̄  
dimittit̄ veniale. I. s̄ econtra possit fieri. s.  
q̄ mortale dimittat̄ sine veniali. Cū enīz  
p̄tū mortale tollat caritatez q̄ vniuersa  
delicta opit̄ cōstat q̄ existit̄ i p̄tō mortali  
nullū veniale remittit̄. Scd̄s ē q̄n volū  
tas fixa manet in affectu alicui⁹ p̄tī de  
terminati venial tñ quū illud tolli nō p̄t  
⁊ hoc multiplici rōe. I. p̄: ia ē quū oē pec  
catū remissioē idiget quo ad duo. s. quo  
ad culpā ⁊ quo ad penā. s̄ nō pōt cō. 2.  
missio s̄m p̄ma. q̄: d̄m hō culpā h̄z d̄  
bitō: ē pene. Culpa at̄ cōsistit i deo: d̄  
tōe volūtatis. Tñ volūtas sic manēs p̄  
tinar reordinari si p̄t. Alioqn duo oppo  
sita s̄t eēt̄ i eodē. Alia rō ē q̄: manētē cā  
si p̄t tolli effect⁹ s̄ volūtas iordinata ad ali  
qd̄ ē cā venial p̄tī. vñ manētē volūrate fi  
xa i illo nō remittit̄ ip̄z p̄tū veniale. Sciē  
dū et̄ q̄ vñ p̄tū veniale bñ p̄t dimitti si  
ne alio q̄: p̄tū mortale qd̄ maioris ē ad  
herētē p̄t̄ et̄ remittit̄ sine veniali. Alia rō ē  
q̄: p̄tū mortale ita deo displicet q̄ facit̄  
et̄ ip̄z p̄tō: deo displicē. S̄z veniale d̄o

displicet eū inordinatū se. in nō facit pec-  
 cātē deo displicere. qz p illud nō priuat  
 grā sed obnubilat. inqz tuz eius pcessus  
 ad exteriora ipedit. ⁊ pp hoc vñū venia-  
 le nō ipedit qñ aliud remitti possit. ⁊ rō  
 est qz venialia nō hñt pnerionē ad inuicē  
 nec a pte auersionis. qz nō auertūt a sū-  
 mo bono. nec a pte cōuersiōis. ⁊ tō vñū  
 dimitti pōt sine alio. Nota ē ar sic de mo-  
 talibus vbi nō dimittit vñū sine alio. qz  
 cōnexionē hñt adinuicē ex pte auersionis  
 Quodlibet mortale auertit a deo. lz non  
 hēat cōnexionē a pte auersionis. Ex pti  
 ctis colligit qd vñū mortale nō remittit  
 sine alio. ⁊ qd vñū veniale pōt remitti si-  
 ne alio veniali. Itē mortale remittit ve-  
 niali. sed nō veniale sine mortali. cui⁹ du-  
 plex est rō. p̄ma est. qz mortale ⁊ venia-  
 le se hñt sicut hitus ⁊ dispositio. sed abla-  
 to hitu pōt manere dispositio ⁊ cōner-  
 so. Scda rō est. qz mortale opponit cha-  
 ritate. veniale autē seruoꝝ eius. sed subla-  
 ta charitate tollit seruoꝝ. ⁊ nō cōuerso.  
 Propter quid dimittit pctm veniale.

Caplin.

33  
 a D pcti venialis remissionē nō eri-  
 git nouis charitatis hitus. s; sūf-  
 ficit nouis mor⁹. qz pctm nō tollebat vir-  
 tutis hitū. s; ipediebat ei⁹ actū. Nota ē  
 qz pctm veniale nō dimittit sine cōtriti-  
 ne. cui⁹ hec ē rō. qz q̄dū volūtas in ali-  
 quo veniali fixa manet nūq; dimittit sed  
 volūtatē ab eo auertere qd qz prius vo-  
 lebat est displicere ei qd voluit. talis autē  
 displicētia dolo: cōtritiōis dī. Sed scien-  
 dū qz cōtritiō pōt accipi tripliciter. s. actu  
 vl hitu vl medio mō. Cōtritiō in hitu  
 nō sufficit ad pcti venialis remissionē. qz  
 tūc q̄cūq; pnie vtutis hituz hēret nō pos-  
 set. hēre veniale pctm. ⁊ sic veniale pctm  
 nō posset cē eū grā. Cōtritiō quoq; in ac-  
 tu nō sp̄ requit. qz sequeret qz pctm qd  
 qz in memoria nō hz remittit n̄ post; pp  
 hoc requit cōtritiō medio mō. s. vt pctm  
 displiceat actuali vl explicitē vl iplicite.  
 Dico ar iplicite qz talis actus nō sufficit.  
 qz displiceret explicitē pctm veniale si co-

gnitio ferret ad illud. Nota ē qz tā fer-  
 uēs pōt eē motus charitatis i deū qz oia  
 pctā venialia psumit et sine actuali cogi-  
 tate ipoz. qz qñ qz feruēt i deū ferē dī  
 splicet ei q̄cqd a deo retardat. ⁊ ita lz ex-  
 plicite. d pctō veniali nō cogitet. in illo  
 motu p̄erit iplicite displicētia pcti venia-  
 lis. vl vnius vl oium. Scidū est qz i cō-  
 tritiōne de venialib; nō erigit ppositū  
 nō peccandi venialr. sicut in cōtritiōne de  
 mortali erigit. sed sufficit qz displiceat ei  
 pctm p̄eritū. ⁊ infirmitas qua ad pec-  
 catū veniale inclinat. q̄suis imunis ab eo  
 esse nō possit. ita tñ qz volūtas nō mane-  
 at fixa in vno veniali. qz illud sic retinetur  
 nō dimitteret in cōtritiōe gñali nec i sp̄ali  
 ⁊ hec est rō. qz pctā mortalia sūt in p̄tate  
 n̄a vt vitē nō solū singula. sed et oia.

Venialia vō ⁊ si singularitari p̄t. nō tñ  
 oia qz ex infirmitate p̄igit nature. Ad ul-  
 ta sunt p que tollūtur peccata venialia q  
 per tria p̄prehendunt. p̄mo sunt oia il-  
 la que gratiam conferūt vt oia sacra ce-  
 dese. ⁊ sunt illa qbus impedimēta seruo-  
 ris ⁊ gratie tollunt. sicut est aqua bene-  
 dicta que virtutes inimici reprimit. ⁊ epl  
 scopalis benedictio ⁊ alia sacralia. ⁊ est  
 exercitum humilitatis ex parte nostra. si-  
 cur est confessio peccatoꝝ. oratio dominī  
 calis. elemosyna. ieiunium. ⁊ iuliusimcti  
 Et homini est ratio. qz cum venialia di-  
 mittant per seruoꝝem charitatis que im-  
 plicite vel explicitē cōtinet omnia illa que  
 nata sunt de se seruoꝝem charitatis excita-  
 re dicuntur veniali peccata dimittere. ta-  
 lia vero sunt omnia que predicta sunt.

De extrema vnctione Caplin. 35

Ediato: dei ⁊ hominum nō solū vo-  
 cat Ihesus inq̄nātum hz saluare  
 sed etiā xps inq̄nātum hz vnctōis  
 grāz in aliōs distūdere qd significatum

fuit i rege David q trib<sup>9</sup> vicib<sup>9</sup> vinctus  
 fuit. primo i domo p<sup>r</sup>is sui i signū regni  
 futuri hoc significat vinctiōe i baptisimo  
 2. in eb:ō sup iudā. ⁊ postea multa mala  
 bñit. hoc significat vinctiōz in s<sup>r</sup>matōe  
 3. itez in eb:ō sup oēs israel. p<sup>9</sup> hāc i pa-  
 ce regnavit. hoc significat vinctiōe i ex-  
 tremis. De suba hui<sup>9</sup> sacri sūt qnqz. pri-  
 mū est q vinctiōez faciens sit sacerdos.  
 Secūdū ē intentio debita. Tertiu ē mā-  
 debita. s. oleū infirmoy. Quartū est for-  
 ma vboy. hoc. s. p istā vinctiōez ⁊c. quā  
 formā d<sup>r</sup>ie d<sup>r</sup>z insūgēs. Quintū est loc<sup>9</sup> in-  
 unged<sup>9</sup>. q: sit ad oculos ad anres ad na-  
 res ad os ad lūbos. ⁊ ad man<sup>9</sup>. In hoc  
 sacro forma vboyū est deprecatoria. quia  
 istud sacm v<sup>9</sup> valē p ofonē ecclesie ⁊ p  
 modū suffragiū. Dat enī ad effectū quē  
 hō p ppria opa posset cōseq i cēt sanus.  
 Un nota q in aliquo sacro vboy forma  
 nō ē in sola ofone nisi in isto. Dixit enim  
 Jacob<sup>9</sup>. Indicat pbyteros vt dicit super  
 eū. In quibsdā sacris in sola enūciatione  
 vboy ē virt<sup>9</sup> sicut i baptisimo. Ar. n. dñs  
 Ite baptizātes eos nō faciēs mētōne d  
 ofone. In aliquo sacro s<sup>r</sup>z quosdā confi-  
 sit forma in ofone ⁊ enūciatiōe. vt in sa-  
 cfo pnie. Cōstucuef. n. p<sup>r</sup>esores primo  
 orare dicētes absolutionē ⁊ remissionēz  
 ⁊c. ⁊ postea dicere. Absoluo te. Eū. n. in  
 pctō offendat de<sup>9</sup> ⁊ ecclesia ⁊tra p<sup>r</sup>mu<sup>9</sup>  
 merito sit ofo. ⁊ ptra s<sup>r</sup>z absolutio. Istū  
 sacm nō dat nisi adultis q pctā venialia  
 vident hēre. ptra q istitūtū ē nec dat aliū  
 qz infirmis in piculo mortis p<sup>r</sup>itūtū. Sa-  
 nis aut nō dat hoc sacm. qz hōit reme-  
 diū penitētie paratū. nec dat nisi postulā-  
 tib<sup>9</sup> q deuotiōe surū erigūf. S<sup>r</sup> si sepe  
 infirmat<sup>9</sup> qz ad mortē sepe inūgi. sed in  
 vna infirmitate nō d<sup>r</sup>z qz bis inungi nisi  
 eadē infirmitas vltra ānū p<sup>r</sup>trahatur. ita  
 q in vno āno pp eandē infirmitatez ne-  
 mo bis inūgit. Effect<sup>9</sup> huius sacri multi-  
 plex est. p<sup>r</sup>imū est sanitas duplex. Una  
 ē pncipalis. s. liberatio ab infirmitate sp  
 rituali q cōtrahit p peccatoy. veniā qb<sup>9</sup>  
 aia efficiē debilis ad exequendūz actum

grē ⁊ glorie. Alia est sanitas q est qñ si-  
 gnū prioris sanitatis. s. sanitas corp<sup>r</sup>alis.  
 ⁊ hoc est verū qñ sanitas corp<sup>r</sup>alis expe-  
 dit sanitatē spūali. Sic enī istud sacm  
 causat virtūz in suscipiētib<sup>9</sup> digne Inter-  
 dū. n. vñllis est sanitas corp<sup>r</sup>alis. s. ad me-  
 ritū glorie cumulādū. Valet etiā ad dno-  
 tionez excitādā ⁊ ad velociorē trāsitum.  
 In hoc sacro sicut i ceteris tria sūt. Unū  
 est sacm tm. s. exterior vinctio. Aliud est  
 res tm. s. effect<sup>9</sup> duplicis sanitatis. vt di-  
 ctū est. Tertiu est sacm ⁊ res. s. qdā vn-  
 ctio spūalis interior. s. mentis locunditas  
 ⁊ solatium.

De sacro ordinis.

Capitulum.

36.

Unqz sacra de qb<sup>9</sup> dicit<sup>9</sup> est pti-  
 q nent ad statū p<sup>r</sup>sonē. S<sup>r</sup> duo d q  
 bus dicēdū est p<sup>r</sup>inet ad cōez sta-  
 tū ecclesie. q: ordo p<sup>r</sup>inet ad generatiōez  
 spūales. infimoniūz vō ad generatiōem  
 carnalez. Ordinez pcedit prima tonsura.  
 q: i oi trāsitū de statu ad statū cōueniēf  
 iterponit aliq dispositio media. Unde i  
 trāsitū a statu laicoz ad statū ministroz  
 del cōueniēf prima tōsura interponit.  
 fit etiā i hac tōsura aliquoy capilloz re-  
 secatio in modū corone. qz i ministerium  
 illius assumit cui suire regnare est. Est  
 itaqz duplex signū distinctū in ordinatis  
 s. exterioris. tonsura. ⁊ interioris character.  
 Ad eē aut ordinis tōsura nō p<sup>r</sup>erigit. sed  
 ad bñ esse. qz dispositio cōgruitatis ē ipa  
 tōsura ad ordinez nō necessitatis. Hugo  
 de scō Uic. ordinē sic describit. Ordo est  
 signaculū quoddā in quo p<sup>r</sup>as spūritualis  
 tradit<sup>9</sup> ordinatis ⁊ ofiū. Hic nota q si-  
 cut i nālib<sup>9</sup> dedit deus supiora corp<sup>r</sup>a in  
 regimē inferiorz. sic ⁊ i spūalib<sup>9</sup> quosdā  
 posuit supiores quosdāz inferiores. vt il-  
 li potestates habeāt sup istos. sicut sūt cle-  
 rici q p<sup>r</sup>sūt i spūalib<sup>9</sup>. ⁊ principes ac iudi-  
 ces seculares i tpalib<sup>9</sup>. De suba hui<sup>9</sup> sa-  
 cfi sūt sex p<sup>r</sup>imū ē p<sup>r</sup>as ordinatis. qz o<sup>r</sup>z vt  
 sit e<sup>r</sup>s. 2. est mā. s. vinctio in sacerdotib<sup>9</sup>  
 ⁊ tact<sup>9</sup> illoz que tāgenda sūt i aliis. 3. est  
 forma verboyū. q. est sexus virilis. quā

mulier nō recipit caracterē ordinis. 5. ē inērio recta. 6. ē q̄ ordinādus sit baptizatus. q: baptisim⁹ est ianna omnium sacro-  
 rū. Quoddā est hic sacramētū tū vrbū bīle signū quo ptās tradi offēdit. Quod  
 dā ē res tārtū. s. gfa que cōfert digne re-  
 cipit. Quoddā est res ⁊ sacramētuz vt  
 caracter. Septē sūt ordines. s. hostiarius  
 lector. exorcista. acolitus. subdiacon⁹ dia-  
 con⁹. ⁊ p̄byter q̄ omnium ordinū est p̄fe-  
 ctissim⁹ ⁊ termin⁹ aliorū. Alii sunt quasi  
 septē gradus q̄bus ascēdit ad tronū solu-  
 tiōis. Act⁹ hostiarioy est custodire locuz  
 cōsuatiōis sacramētoy ab exōmunica-  
 tis. Actus lectorū est legere p̄phetias.  
 Actus exorcistay est arcere demones ne  
 dominēt in corpe nōdū baptizati. s. p̄ cō-  
 furatiōes. Actus acolitorū est designare  
 lumē enāgellū in lumine corpalī. Act⁹ sub-  
 diaconū est accipere oblatiōes ab offe-  
 rētib⁹ easq; offerre diacono. legere anteq̄  
 epistolas nō est act⁹ eorū principalis sed  
 cōsequēs. Act⁹ diaconū est ordinare  
 hostias in altari. Legere aut enāgellū vl̄  
 p̄dicare est act⁹ cōsequēs. Actus p̄byte-  
 roy ē p̄secrare corpus ⁊ sanguinē xp̄i. ⁊  
 ē actus principalis. ali⁹ ē p̄ns. s. ligare ⁊  
 soluere p̄ quē actū corpus in ysticijs. p̄pa-  
 rat. vt sit aptū ⁊ idoneū ad p̄ceptiōz cor-  
 poris xp̄i veri. In quolibet ordine cara-  
 cter ip̄miss⁹. s. q̄ fit nūc dicēdū ē. Ho-  
 stiarius q̄des caracter ip̄miss⁹ q̄ dat eis  
 claus ⁊ dī sic. Agite tāq; rōez deo red-  
 dituri de reb⁹ q̄ claudib⁹ istis recluduntur  
 Lectorib⁹ caracter ip̄miss⁹ cū eps porri-  
 git eis librū cū debita forma verborum.  
 Exorcistis vero cū dat eis librū exorcis-  
 moy cū forma verborū. Accolitis sūt i v̄-  
 bis q̄ dīcē eps cū dat eis cādēlabze. Sub-  
 diaconis ip̄miss⁹ q̄ eps cū forma verbo-  
 rū dat eis calicē vacuū ⁊ cetera vasa quo-  
 rū vsus ē in cōfectiōe encharistie. Dia-  
 conis ⁊ p̄byteris ip̄miss⁹ q̄ eps imponit  
 manū capiti cū verbis ad hoc statutis. p̄  
 dietos ordines xp̄s exercuit. hostiariatus  
 q̄ emētēs ⁊ v̄dētēs d̄ tēplo cōsecr. Lecto-  
 ratū cū i medio senioy librū. Iste ap̄iēs

legit in eo. Exorcistatus q̄ demones  
 sanauit. Accolitus q̄ dixit ego sum lux  
 mūdi. Subdiaconatū q̄ lintheo se p̄cin-  
 xit. ⁊ pedes lauit discipuloy. Diaconatū  
 q̄ i cena cor⁹ ⁊ sanguinē suū ministra-  
 uit discipulis. ⁊ dormitētes apostolos ex-  
 citauit. P̄byteratus q̄ se i ara crucis  
 optulit. ⁊ q̄ i cena panē ⁊ vinū i cor⁹  
 ⁊ sanguinē suū cōuertit.  
 De qualitate ordinādoy.

Capitū.

Talitas ordinādoy cōsistit i duo  
 b⁹. s. faciēdis ⁊ entrādīs. faciēda  
 sūt bec. Sir i morib⁹ pudic⁹. In  
 habitu honest⁹. Libo ⁊ potu tēperatus.  
 Cōpetenter q̄uis nō eminet litteratus.  
 Adāfuetus ⁊ modestus. Tōsurā dese-  
 rat clericalē. Hospitalis Doctor i p̄dica-  
 tiōe. Residētā faciat in ecclesia sua vl̄ b̄fi-  
 cicio. Corrector vitioy p̄ v̄tā discipline  
 Exēplū prebeat bone vite vl̄ fame. Unū  
 cū sufficiat b̄ficiū habēs curā aiarum.  
 Bonus sit gubernator familie. De neces-  
 sitate clerici vitāda sūt bec. Omne cri-  
 mē mortalis peccati. Nō litigiosus. Nō cu-  
 pidus. Nō luso. Nō negociator. Nō  
 exerceat venatiōes clamofas. Nō sit in-  
 cōtinēs. nec mulierib⁹ cōhabitet. Nō  
 sit i cōmessatōib⁹ ⁊ tabernis ⁊ fabulis.  
 Nō iter sit spectaculis nisi honestis. Nō  
 imisceat se negocijs secularib⁹. Nō d̄z in-  
 tēdere bistrionib⁹ ⁊ ioculatoib⁹. Tab-  
 nas nō d̄z intrare nisi i timore. Horas nō  
 d̄z negligere. Iustā iudiciū nō d̄z v̄dēre  
 Sacra ecclesiastica gratis dare. Si quis  
 ep̄us. Nō sit excoicatus vel suspensus vl̄  
 irregularis. Nō apostata. nō sit symoni-  
 acus i ordine vl̄ b̄ficiio nō solēnter pe-  
 nitēs. Ante ordīs susceptiōez se q; p̄ p̄-  
 sione p̄per. In petō mortali nō accedat.  
 P̄mā tōsurā nō negligat. Nullus or-  
 dines nisi examinatio p̄cedat. Nō accipi-  
 antur simul ordines minores cū subdia-  
 conatu. nec etiam duo sacri ordines sit.  
 s. gradatus. Nec p̄ saltū accipiat q̄s ordi-  
 nē nec ab alieno epo s; a suo. nec p̄tra ep̄i  
 p̄bitiōez ⁊ sine titulo nec furtiue. Ad if

fā in qua ordinatur totaſt andiat. Tāgāt  
 omnia que ſunt tangenda. Unuſquiſqz  
 in ſuſceptione ſui ordinis non accedat ni  
 ſi licentiaſt 7 preſentiaſt. Ieiunius a le  
 iuno accipiat ordines. Non recipiantur  
 nec pferant ordines niſi temporibus ab  
 eccleſia iſtitutis. Ad lra ſūt q̄ ipediūt pmo  
 uedū ēt ſine culpa. lz nō ſine cā. Ad d. n. d  
 bet p̄moueri ignoꝝ nec bigamꝝ nec neo  
 pbitꝝ nec corpe vitiatꝝ nec d̄ illegitimo to  
 ro natꝝ nec ſeruus nec obligatꝝ ad rōci  
 nia. qm̄ repellitꝝ ab ordinibꝝ. Ex p̄dictis  
 pz q̄ dignitas clericalis ſine ordinis nō  
 cōſeruit a quoz nec cuiſibet nec in quoz  
 loco nec quolibet tempore nec qualibet  
 hora. ſed miſſe.

Lap.

28.

De ſac̄o matrimonio.

Matrimoniuſt ē p̄ſictio maris 7 ſe  
 mie indiuiduā vite cōſuetudinē re  
 tinē. Ad ſimoniuſt p̄ ip̄ſalta iſtitu  
 atur. p̄ cōſenſū aioꝝ exp̄ſus p̄ verba de  
 p̄ſiti ratificat. p̄ carnale copulā cōſumat  
 7 p̄ſicit. Ad hoc autē ſciēdū nota q̄ du  
 plex ē p̄ſectio. Adama ē q̄ ſimplr. 2. in  
 eſſe cōpleto. ſicut patet i puero in quo eſt  
 p̄ſectio q̄ntuz ad eſſe omnis ſimpliciter  
 ſed non eſt in eo perfectio quantum ad  
 eſſe completum ſecundum quantitatem  
 7 opatiōz hois. Eodē mō dicēdū eſt de  
 m̄imonio i quo duplex ē p̄ſectio. prima  
 ē q̄ ſac̄ m̄imoniuſt. ſ. cōſenſus aioꝝ p̄ v̄ba  
 d̄ p̄ſiti exp̄ſus. 7 ad hāc ſi exigit copula  
 carnalis. 2. ē q̄ m̄imoniuſt cōſumat 7 ad  
 hāc exigit acnal copula. Bonū m̄imo  
 niū triplex ē. ſ. fides. vt neuter alieno tho  
 ro maculet. Adoles vt ad cultū dei nu  
 triat. Sac̄z vt nō diſſoluat. Licet. n. ec  
 cleſia poſſit pp̄ ip̄cedimēta m̄imoniuſt di  
 uortiz facere. nunq̄ tamen pōt nec de  
 bet m̄imoniuſt qd̄ legitime celebratū eſt  
 diſſoluere. q̄ quos deus cōiunxit homo  
 nō pōt q̄tūcūqz auct oritatis ſit ſepare.  
 ſoluit aut m̄imoniuſt p̄ mortē. Sciēdum  
 q̄ duplex ē cōiunctio in m̄imonio. 7 du  
 plex ē mors corrdēs illi. Eſt. n. cōiunctio  
 ſp̄ialis p̄ cōſenſū aioꝝ q̄ ſoluit p̄ mortē

ſp̄iale qua hō morit̄ iſiſido p̄ religioſo  
 igreſiuz. Alia eſt cōiunctio carnalis p̄ cō  
 mirtioz ſeruit̄ q̄ ſoluit p̄ mortē corpalez  
 Eſt at cā m̄imoniuſt q̄duplex. ſ. efficiens  
 vt cōſenſus animoz p̄ v̄ba de p̄ſiti exp̄ſ  
 ſus. Ad aterialis. vt ipſe p̄ſone legitime.  
 formalis vt b̄ndictio. anulū ſubarratio.  
 7 b̄nuiſmōi. finalis duplex ē vna p̄nci  
 palis. ſ. plis percatio 7 fornicationis cui  
 tatio. q̄ m̄imoniuſt nō ſolū i offiſi. ſed in  
 remediū iſtitutū ſuit. lz fuerit p̄mo ſoluz  
 i offiſi. Alia eſt ſc̄daria 7 illa eſt m̄ultiplex  
 Un̄ verſus. Hoſtes cōcliat. 7 eo diſcer  
 nitur. beres. Hōis ligat alma notat. ius  
 trāſſert auget honorem. Quadruplex di  
 ſtinguit m̄imoniuſt. Admū ē carnale  
 inter virū 7 mulierē. Sc̄dū eſt morale  
 inter deū 7 aiām. Tertiuſt allegoricum  
 iter xp̄m 7 eccleſiā. 4. anagogicuſt. iter d̄  
 um. 7 aiaz i eccleſia triūphātū p̄ cōiunctio  
 nem glorie. Ad̄ q̄ſ accedere ad vxores  
 ſuā quattuor de cauſis. ſ. cā plis. cā red  
 dēdi debitū cauſa vitade icōnētic. Iſtis  
 tribus modis nō ē peccatuz. 4. pōt fieri  
 cā explēde libidinis. 7 hoc mō peccū ēve  
 niale vt mortale ſm̄ q̄ libido eſt venia  
 lis vel mortalis. ſit autem peccatum in  
 cōiugalit coitu quinqz modis. Unde ver  
 ſus. Quinqz modis peccat vxore mari  
 tus abutiens. Tempore. mēte loco. cōd̄  
 tiōe. mō. Nota q̄ vxor dimiſſa propter  
 fornicatiōez recōcliat viro multis mo  
 dis. Unde verſus. vltimo mechat̄ ren  
 net nec conciat̄. Abſens proſtituit. ius  
 fraus reuocat mulierē. Tria ſunt orna  
 menta ſponſe ſcilicet annulus i digito. mo  
 nile in pectore. cor na in capite. Admū  
 ſignificat operis puritatem. quia in ma  
 nu eſt opus. Sc̄dūm ſignificat affectꝝ  
 ſinceritatem. quia in pecto re eſt affectꝝ  
 Tertium contemplationis claritatez qa  
 in capite. eſt perſpicacitas intellectus  
 Adulās de cauſis beata virgo ſuit de  
 ſponſata viro. Admū vt designaret ec  
 cleſiā deſponſata xp̄o. Sc̄do vt Joſeph  
 teſtis eēt itegerrime caſtitaſt eiꝝ. Ter  
 tio vt p̄ Joſeph orago eiꝝ on̄deret. q̄ p̄

viros genealogia terit. Quarto ne infamaret si gñ. rei nō bñs maritū. Quinto ne velut in cōtinēs dānaret. q: de tribu erat sacerdotali. ⁊ tales cōburebātur alie adultere lapidabātur. Sexto vt virgo viri solat io sustentaret. Septio vt p̄tus diabolo cellaretur. Octano ne iudei xpm̄ tāq̄ illegitimū iuste p̄sequi viderētur. Nonno ne legi que cōmendat matris monitū cōtrariari dñs videret. Notandum q̄ duodecim s̄t impedimēta n̄rimo/nii. vii v̄sus. Erro: editio. votū cognatio crimē. Lustus dispitas. ins ordo ligamen honestas. Si sis affinis. si forte core nequibis. Nec sociāda vetāt cōiugia s̄cra retardant.

- Explicit liber sextus.
- Incipiunt capitula libri septimi.
- De fine mūdi.
- De gloria sanctorum.
- De purgatorio.
- De accerbitate purgatorii.
- De suffragiis ecclesie.
- Quorū suffragia p̄sunt ⁊ quibus.
- Utrū indulgentie valeant defunctis.
- De aduentu antixpi.
- De vita antixpi.
- De modis q̄bus decipiet antixps.
- De sequentibus antixps.
- De gog ⁊ magog.
- De helya ⁊ enoch.
- De duratione huius p̄secutionis.
- De morte antixpi.
- De confagratione mūdi.
- De resurrectione gñali.
- De iudicio extremo.
- De iudicantibus.
- De indicandis
- De imonatione mundi.
- De penis inferni.
- De diuersitate penarū.
- De votibus in cōl.
- De donibus aie in gñali.
- De donibus aie in sp̄ali
- De donibus corp̄is in gñali.
- De donibus corp̄is in sp̄ali.
- De aureolis in genere.
- De aureolis in specie.

De enumeratione celestium gaudiorū. 31  
 Explicunt capitula.  
 Incipit liber septimus.  
 De fine mundi. Cap. 1

**F**inale iudicium q̄dā s̄t antecedentia q̄dā cōcomitāria. q̄dā sequētia. Antecedentia iudicium tria s̄t. s̄. pena purgatorii. Ecclesie suffragia. ⁊ p̄secutio antixpi. Cōcomitāria duo s̄nt. s̄. p̄fragratio mūdi. ⁊ resurrectio corp̄orū. Cōsequētia duo s̄nt. s̄. pena infernalis ⁊ gloria celestis de q̄bus p̄ ordinē est dicendum.

- De gloria sanctorū. Cap. 2
- Magis p̄iugit eēndi p̄ncipio. Idē at q̄ p̄fectū eē expectat. duplicem h̄z finē v̄sumū. Vniū extrinsecū q̄ eē beatitudo creata q̄ nos in p̄ria beatificabit fortius maliter. Aliū h̄z finē intrinsecū q̄ eē beatitudo increata que nos beatificabit effectiue. s̄. ip̄m deū. p̄ma. s̄. beatitudo increata est tanq̄ finis i quo sperat. Secūda v̄o. s̄. increata tanq̄ finis in quo gescit. Alio mō iudicabāt p̄bi de beatitudine. s̄. male. Dicebāt enīz stoici beatitudinē s̄vute animi cōsistere. p̄p̄atetici aut̄ in cōgnitōe veritatis. Epicurū v̄o in voluptate. Nos aut̄ dicim̄ duplicē eē beatitudinē sicut dictū ē. Deus enīz remunerat suos s̄m merita. Apo. Unūq̄sq̄ p̄p̄tam mercedē accipiet s̄m s̄m̄ laborē. Et p̄p̄ merita Jo. i. B̄ra pro ḡra. Mat. Ite ⁊ vos in vineā meā ⁊c. Et supra merita Un̄ illud mēsurā bonā. ⁊ cor. ⁊c.

- De purgatorio. Cap. 2
- Purgatorius ignis corp̄alis est p̄ quē m̄mō sp̄s iustorū q̄ i hac vita nō impleuerit p̄nias neq̄ satisfactorū cōdignā affligit. Idē q̄ s̄t i purgatorio spez h̄nt euasīōis. q: sciūt se nō eē i inferno. ⁊ tñ p̄p̄ penarū magnitudinē hoc aliqñ nō aduertūt. Adulte rōes. q: oꝝ eē purgatorii. P̄ria ē q: s̄ Aug. tria s̄t ḡna bonūz. Quidā s̄nt valde mali q̄b' nō p̄sūt ecclesie suffragia. Quidā valde boni q̄bus nō s̄t necia. Quidā nec valde mali nec valde boni q̄ h̄nt ventūla. ⁊ bis debet

pena purgatorii. Scda est q: sicut suma bonitas no patit q: donum remaneat ir remunerati. ita suma iusticia no patitur q: in alio remaneat spinitum. Tertia est q: diuine lucis tanta est dignitas q: ea so li mudi oculi ceimere pnt. Un oz q: gl/ bet veniat ad mudiciam baptismale an q: cōspectui dūno pntef. Quarta ē q: culpa est offensua diuine maiestatis ⁊ damnosa ecclesie. ⁊ deformatio in nobis in aginis diuine. Sed offensa regrit pu nitionem. dānuz requirit satisfactionē. ⁊ deformatio expurgationē pp qd necesse est q: pctō rīdēat pena vel hic vel alibi. Quinta est q: p traria cōtrariis curātur s: pctū orif ex delectatōe. vii dz p pena deleri. 6. est q: nulli dz negligētia iustia/ gari. sed si nō puniret talis videret i fu turo cō moduz reportare de negligentia pntē dilate. Septima est q: iustu est vt spūs q: cōtēpto sumo subiecit se infimo. i. pctō subiciat postea inferioribus. i. pe nis. Nota q: aie postq: fuerit in igne suf ficienter purgate statz exolant ad glam ⁊ hoc p: multiplici rōne. Primo q: p: purgationē nulla remanet ad gloriā disti militudo in aia. Un merito illi dz iungi. 2. q: ianua celi illis semp ē aperta q: nul lū hnt obstaculū. 3. q: necesse est illos spi ritus in quibus est charitas sursum ele uans ⁊ nihil retardās sursum eleuari ad gloriā. 4. q: cū deussit pno: ad mise rendū q: ad puniēdum merito dz pur gatos cōiungere glorie. quos purgādos subiecit pene. 5. q: nō punit deus bis in idipsum. Un cū iste sufficienter satisfacce rit in penis ignium nō amplius dz puni ri in dilatōe pmo: 5. q: post purgato: nō dz talis esse in purgatorio neq: in lūn bo neq: in inferno. q: nō ē de numero tā nato: ergo oz eē in celo. q: post morte: nō sūt alia receptacula animaz. 7. quia efficacior est charitas q: iniquitas. sed iniquitas statz ducit ad supplicia. ergo cha ritas statim ducit ad pmo: 8. q: cesan te ipedimēto cor: pa graua ferūt deorsū ⁊ leuia sursum. sic ⁊ maloz spūs remoto

carnis onere statim ferūt ad locum sup plicio: pp peccati grauitate. Spūs vō bonoz si nō sit ipeditū alieni? culpe vl' pene d bite statz ferūt ad locū pmo: De accerbitate purgatorii. Cap. 3  
In purgatorio duplex est pena.  
Una est dāni de carētia diuine vñ honis. Alia sensus de afflictione ignis. ⁊ quātū ad vtrūq: minima pena purgatorii maior ē maxima mudi. Istō p: de pena dāni. q: affectus de quo desi derat sumuz bonū post hāc vitā ab om nib? scis intēior est q: aliqs affectus ref tēporalis in ista vitā maxime cū tps hñ di aduenerit. iō carētia eius molestius to lerat. Istud ē p: de pena sensus. q: cū dolo: nō sit eēntialr ipa lesio. s: lesio sē sus tāto magis dolet aia quāto magis sē tit sensitūū aliqd. Iō ab igne i ipa agēte maxime affligit. Iō accerbitate spene purgatorii. hec ē. q: cū de? magis qrat emēdaz q: penā. plus ponderat in pnia vtutez hñ volūtatis q: penā afflictiois Un plus pōderat deus modicā penam volūtariā i pnti. q: multo maiorē nō ita volūtariā i futuro. Sicut plus valet mo dici auri q: multū plūbū. Un oz qd ibi deficit in volūtate. hic suppleāt in acerbi tate. De igne q: purgat aias dupliciter ē loquēdū. vl' q: tū ad id qd mediate aias affligit ⁊ sic est corporeus. vl' q: tuz ad id qd p:ime affligit ⁊ inmediate. sic est i cor poreus. Primo modo dō ignis vē. scdo mō silitudinarie. sicut leo verus. ⁊ pict? Utrūq: tāgit Bre. qñ dicit. In eo ar dēt dum ardore vident. Ille āt ignis cor poreus dupliciter pōt cōsiderari. Primo vt est instrū nature. sic agere pōt in cor pore ⁊ nō in aia. Secūdo put est instrū diuine iusticie. sic agit in aiam iprimēdo illi speciem suā p: quā affligitur. q: violē ter illa specie infor:matuz. sicut enim ani ma sū ordinē nature vnituz corpore: vt instituat vitam. sic merito sū ordinē iusticie vnituz igni a quo suscepit penam Nota q: demones nō puniūt aias i pur gatorio. sed illic eas adducūt vl' et astitūt

3 no.

12.

7  
 vt cōter dī. Ex pmissiōe dei demones  
 in hac vita qñqz bonos affligūt. sed hec  
 est rō qz in pñti dat pugna inter demo-  
 nē ⁊ hoīez qz demon bz in eo pfrate exer-  
 citiū. sed post hāc vitā nō est sic. Unde ⁊  
 aer iste caliginosus est assignatus demo-  
 nibus magis pp exercitiū q̄ pp suppli-  
 cium. De locis penalib⁹ vbi sint ⁊ quot  
 regre supra lib. 4. ca. de descensu xpi ad  
 inferos. Sciēduz tñ de loco purgatiōis  
 qz duplr assignat. aut sm legez cōem. ⁊  
 sic est in vno loco in pte inferi circa lim-  
 bā patrū. Aut sm dispēatiōe spālez. ⁊  
 sic purgāt aīe aliqñ i locis diuersis i qb⁹  
 peccauerūt. Hoc aut fit pp aliquam suā  
 reuelatiōe p suffragia eoz qbus appa-  
 rent in illis locis. vī ē pp aliquā edifica-  
 tiōe viuētū. Ille ignis plus vī minus  
 cruciāt sm qz plus vī minus qsqz cōbu-  
 stibilis secū tulit. Vpport. n. pñs q̄ fa-  
 cies dei videat qz ligna seuū stipulam. i.  
 maiora minima mediocria ⁊ venialia to-  
 taliter p crematiōez cōsumant. ¶ Dredi-  
 cta vō ignis diuersitatis nō est ex diuer-  
 sitate ignis ardentis. seu agentis. sed sub  
 lecti patientis. Sicut sub eodē sole vnus  
 plus estuat alter minus. vt dicit. S. Ne-  
 cesse est aut dicit Aug. qz tñ daret dolo-  
 rē q̄tuz hec erat amor. Tāto. n. qsqz torq̄bi-  
 tur diutius q̄to affectus venialibus ad-  
 herebat fortius.

De suffragiis ecclesie.

Capitulum.

4  
 Sicut ptinet ad diuine iustitie seu  
 ritatē pp venialia puniri eos. Ita  
 ptinet ad bonitatē diuine misē eor-  
 dem p suffragia eleuari. ¶ Drosunt ergo  
 suffragia defūcti si ad meritū vite eterne  
 sed ad solutiōez pene. ⁊ hoc vī ad penaz  
 mitigatiōe vī celeratiōe liberatiōez. Sūt  
 at q̄tuo: modi suffragioz generales ad  
 quos oēs alii reducūtur. s. ozo ieiunium.  
 elemosyna. ⁊ sacz altarīs quoz numer⁹  
 sic accipit. qm̄ defūcti a pena absolui pñt  
 duobus modis. s. p viā grē. ⁊ p viā iusti-  
 tie. p viā grē duplr. ¶ Primo p interces-  
 sionez publicā. capitis q̄ est in obliōe sa-

*oblatio*

cramēti altarīs. Sc̄do p intercessiōe q̄  
 priuatā mēbroz. s. p ozoñes iustoz. Sitr  
 p viā iusticie duplr. primo p modū redē  
 ptois pene. s. elemosynarū largitiōez. ⁊.  
 p modū solutiōis pene. s. ieiunioz afflic-  
 tiōe. Si at q̄ritur qñ sc̄cipiat valere defū-  
 cto id qd p se fieri mādauit dicēdum qz  
 opus opans. i. meritū auctoris statz pfe-  
 quit mortuū d̄ hoīs q̄ pcepti fieri p aīa  
 sua. Sed nō opus opanz. i. fructus ipsi⁹  
 opīs vsqz quo fiāt. qz pñū valet ex me-  
 rito absoluto. sed secunduz ex merito cōditionali

Quorum suffragia profunt.

Capitulum.

5

ditionali.

a D hoc qz valeāt suffragia requi-

rit⁹ aliqd ex pte agētis. ⁊ aliqd ex

pte mortui recipiētis. Ex pte agentis. re-

grē qz sit in charitate ⁊ qz intentōez suā

dirigat ad illos qbus vult vt opa sua p-

ficiāt. Distinguedū ē tñ qz suffragia per

malū pñt fieri duplr. vī vt p auctore. ⁊

sic nō pñt nisi forte p accis. s. inq̄tuz

p elemosynas mali hoīs excitātur boni

pauperes ad orādū. p defunctis. vel per

ministrū. ⁊ hoc dupliciter. qz vī faciens

est vt minister publicus dei ⁊ ecclesie sicut

qñ sacerdos malus celebrat missam vel

agit exequias mortuoz ⁊ talia sp̄ pñnt.

qz malitia ministri nō nocet opl boni au-

ctoris. sicut pz in dño iusto dāte elemosy-

nā p malū si vō facit ea vt minister pri-

uate pñone existis tñ i charitate siue defū-

cti sine alterius ēt talia pñnt. qz opus il-

lud lz sit mortuū quo ad ministrū. nō tñ

quo ad auctore. Si vō malus minister

facit aliq̄ de mādato eius q nō est in cha-

ritate nō pñnt. Aliqd ēt exigit ex pte ac-

cipientis ad hoc qz suffragia pñnt illi.

¶ Primū est qz ipse sit in charitate. Unde

nō valet his q sunt in inferno. qz sūt a cor-

po: xpi in ystico sepati. Vñ nulla spūalis

inflūctia pueni ad eos. sicut inflūctia cor-

poralis nō valet mēbris a corpore ampu-

tatis. Sc̄dm est indigētia. Vñ nō valent

beatis qz nō sūt amplius in via. sed i ter-

mino nec pñt ad altiora ascēdere. sed po-

tuis eōuerſo illoꝝ ſuffragia ꝑſunt nobi  
 Trūqꝫ eſt in hiſ qui ſūt in purgatorioſ  
 ſ. charitas ⁊ indigentia. Uñ ſicut poteſt  
 homo ſatiffacere ꝑ altero viuente q ꝑ ſe  
 nō valet. ita pōt etiā ꝑ defuncto. Nota  
 q ſuffragia ꝑſūt defunctis. ſed magis ⁊  
 minus ꝑ diuerſitate meritoꝝ ⁊ mortuo  
 rum. vñ ꝑ qualitate viuoz q magis ſolli  
 citant ꝑ aliquibus qꝫ ꝑo aliis. Illa enī  
 ſuffragia q ſpālter ſunt ꝑ aliqꝫ plus  
 valēt illis qꝫ aliis. h̄ ēt aliis quodāmodo  
 cōicētur. Suffragia vō que cōiter ꝑ de  
 functo ſūt qꝫuis ꝑ modulo ſuo oībus ꝑ  
 ſint illis tñ amplius q dum eſſent in via  
 magis meruerūt vt ſibi ꝑdeſſent. Quā  
 uis aut vt dictū eſt ſuffragia nō ꝑſint il  
 lis q ſunt in celo. nec illis q ſūt in inferno  
 tñ aliquo modo ꝑſunt. Uñ nota q valet  
 illis qui ſunt in purgatorio ꝑ moduz pur  
 gationis. valent ſaluatis in celo ꝑ modū  
 conſumptionis. qꝫ multiplicatio ſalnādoꝝ  
 augmentat gloriā accidētalem. Valēt ⁊  
 dānatis in inferno ꝑ modum diminutio  
 nis. quāto enim plures ſaluantur ꝑ me  
 ritū eccleſie tāto pauciores dānabunt ⁊  
 ita minor erit pena ꝑ ſubtractionē cōſo  
 ti illoꝝ. Valent etiam impiis facientibꝫ  
 ꝑ modū meriti. Qd̄ paruulis deſūctis  
 celebrant miſſe mortuoꝝ. hoc non ſit ꝑ  
 ꝑter illorum indigentiam cuz ſtatim euo  
 lent ad gloriā. ſed ꝑpter gratiarum  
 actionē. **T**rum indulgentie valeant de  
 functis.

Caplin.

6  
 ꝑ Apales indulgentie ꝑſunt defun  
 ctis i purgatorio. qd̄ ꝑꝫꝫ crux ali  
 qñ daf ꝑ duabus vl tribꝫ vel quattuor  
 vel decē aiabus. In eccleſia enim eſt the  
 ſaurus meritoꝝ tam xꝑi qꝫ ꝑfectoꝝ de  
 quo ſclus papa qui h̄ꝫ clauēs huius the  
 ſauri ꝑ neceſſitate eccleſie pōt accipere ⁊  
 diſpēſare. Alii aut ſicut epi nō habent in  
 hiſ ꝑtātē gñales. ſed limitatā. ⁊ nō niſi ꝑ  
 ſūmi ꝑñſicis diſpēlationem. Dicenduz  
 ergo q papa ꝑꝑrie nō abſoluit deſūctos  
 a pena. ſed quaſi ꝑo eis de cōi theſauro  
 eccleſie ſoluit. ſicut aliter creditoꝝ liberat

debitoꝝem a debito dum eum abſoluit ⁊  
 aliter amicus debitoꝝis dum ꝑo eo de  
 bitum ſoluit. ſed viuentes vtroqꝫ modo  
 abſoluit papa. Illi aut quibus daf indul  
 gentia nō poſſunt eam vterius dare nec  
 viuīs nec deſunctis. ⁊ hoc duplici rōne.  
 ¶ Primo qꝫ indulgentia non eſt donum  
 collatiuum gratie. ſed ꝑriuatuum pene.  
 ꝑriuatū cum nihil ſit aliis communicari  
 nō poteſt. Secūdo quia dare indulgētiā  
 eſt auctoritatis ⁊ iuriſdictionis quam nō  
 habent laici ex eo qꝫ indulgentias ab aliis  
 recipiunt. Uñ nō poſſunt deſunctis im  
 ꝑendere indulgentiam ꝑ auctoritatem  
 ſed ſolum boni operis ſui ſuffragiū ꝑ  
 charitatem papa pōt vtrūqꝫ.

De aduentu antiꝑꝫi.

Caplin.

7  
**M**ateꝫ dominus veniat ad iud  
 a cium regni romani fiet deſtructio  
**M**am ſicut dicit Gloſa ſup Apo  
 chaliſpiz. ¶ Prius erit diſſenſio ab vtro  
 qꝫ imperio qua completa aderit antiꝑꝫ  
 hic ex parentum ſeminibus concipietur  
 Sed ꝑoſt conceptum deſcendet ſpiritus  
 malignus in matris vterum cuius virtu  
 te ⁊ operatione deinceps puer naſcetur  
 aletur. adoleſcet. ꝑꝑter quod ⁊ filius  
 perditionis vocabitur. Naſcetur autem  
 in babilonia de tribu dan. ſicut dicit glo  
 ſa ſup Apo. ¶ Doſt hoc veniet in biern  
 ſalem. ⁊ circumdet ſe. dicens iudeis ſe eē  
 Chriſtum illis ꝑmiſſum. Unde plebs  
 iudea ſpecialiter ei adheret. ſicut dicit  
 baymo ſup Apo. donec Enoc ⁊ Me  
 lya predicantibus qui ex illis ſalnandi  
 fuerint ad Chriſtum renertantur. Ange  
 lus bonus deputabitur primo antichri  
 ſto ad cuſtodiam. ſed quando ita obſti  
 nabitur in peccato qꝫ dicet ſe eſſe deum  
 ⁊ extollet ſup omne id quod dicitur de  
 us. aut colitur ſicut dicit Apoſtolus. tūc  
 primo diſeret eum angelus ex toto. nec  
 habebit eum ꝑoſtmodum ad ꝑꝑectio  
 nem. ſed ad accuſationem.

De vita antechriſti.

Caplin.

¶ In typhs erit luxuriosus & cōcupi scibilis seminarū. vt habet Dañ. 2. In aperto aſte p hypocrifiſi ſi mulabit ſancitatē vt facili⁹ decipere poſ ſit. Cor ſuū p ſuperbiam magnificabit. Dañ. 8. Et cōtra principē principū cō ſurget. i. cōtra deū. Et vt diē gloſa ſuper Dañ. 8. In tāta elenabit ſupbiaz. vt le ges & cerimonia mutare conabit. I cur ſū tēporuz. Tāte quoqz pſumptiois erit q nō putabit ſe a deo pmiēduz. propter hoc qa iudiciuz differtur. p̄s. Auferunt iudicia tua a fa. eius. Erit et blaſphem⁹. ſicut in Apoc. 12. dī. Uñ dañ. 2. Aduer ſus deū deoz loquet. Itē ad maiorē dei cōtū meliā faciet imaginez ſuā adorari & oēs ſuo caractere ſignari in manu dexte ra & frontib⁹ ſuis. ſicut habet in Apoc. Coſtitib⁹. n. ſe verū filiū dei. & filiū ho minis. ita vt in tēplo dei ſedeat tāqz ipſe ſit de⁹ & ſe faciet adorari. Iudei nāqz tē pli qd romani deſtruxerūt reedificabūt Affirmabit ante ſe nullū fuiſſe xp̄m. Dī i glo. ad theſaloniceſes. 2. q ſicut in xp̄o diuinitatis plenitudo habitat. ita & in an typho plenitudo oīs iniquitatis. qz in ipſo erit caput oīum maloz. i. diabol⁹. De modis qbus decipiet.

Capitulum.

9.

¶ Erit cōpat antixps i Geñ. cre rasti q ē ſpens comutus. qz q̄ttu o: comb⁹ amabit. ſ. calida pſuaſione. miraculoz operatiōe. donoꝝ largitiōe. & tormētoꝝ exhibitōe. ¶ Primus ergo modus ſubuertēdi hoies erit calā pſua ſio. ¶ Predicabit. n. legem nouā prauam & legē xp̄i p poſſe deſtruet. ¶ Predicato res. n. ſui diſcurrēt p vniuerſas pres mū di. Impedient quoqz apoſtoli antixpi ne ſcripura ſm veritate exponat catholiciſ doctozibus vñ a fidelibus audiat. ip̄i aſit bonos ſe ſimulabūt. & tñ mala ſuadebūt Secūduſ modus ſubuertēdi erit p falſa miracula. qz p artez magicaz faciet illa. Unde glo. ſup Apoc. 13. Ad agica arte fa ciet ſtatū loqui & ſutura p̄dicere. faciet ſicut dī Apoca. 13. Agnez de celo deſcen

dere in terrā. Glo. i. malignū ſpiritu faci et ſup ſuos deſcēdere vt loquatur variis linguis. Sp̄s. n. malignus deſcendet in eos i cōſpectu hominū. ſicut ſp̄s ſanct⁹ deſcendit i apoſtolos xp̄i. Un iactabunt ſe eē iuſtiores apoſtolis xp̄i q ip̄i accepe rūt in cōclau. Itē p arte magicā ſimula bit ſe mortuū & ferret a demonib⁹ i aera quaſi aſcēderit in cellū. & ſic putabitur ab hoibus reſurrexiſſe qui prius mortu us per tridnū putabat. & tūc mirabunt populi & adorabūt atqz laudabūt eam. Eccleſia. n. nō faciet tunc miracula. De hoc mō decipiēdi dicit p̄s. Inſidiat i ab ſe dōdito q̄ſi leo in ſpelūca ſua. Gloſa. ¶ Re cte antixps cōparat leoni exiſti in ſpelun ca. qz i eo vis & dolus operat. vis. n. per leonē. dolus p ſpelūcā intelligit. Greg. ¶ Idemem⁹ que erit humane mēti illa ten tatio qñ pius martyr & corpus tormētis ſubſiciet. & tñ toto: ante eius oculos mi racula faciet. Sicut. n. antixps finget ſe a mortuis reſurger. ita quoqz finget ſe ad celuz aſcēdere. Apoc. 13. Et plaga mor ti eius curata eſt. Glo. Arte magicā aſcē det antixps in aera ferētib⁹ eū demoni bus. faciet arboꝝ cito florere & aſceſ ce. mare turbari. naturas in diuerſas ſi guras mutari. mortuos etiaz in cōſpectu hoīum muſcitabit. Tertio decipiet p mu nera. Ipſe nāqz antixps iueniet theſau ros abſconditos p quos ad ſeq̄ndū ſe i clinabit plurimos. Ditabit et bonis diuit tes huius ſeculi. & tūc eoz falſa ſecuritatē ad decipiēdū eos oſidet. Quarto cōpeller per minas & tormēta quos aliter vincere nō poterit. Tāta vero ſicut ait dominus tūc erit tribulatio vt in errorem ducant ſi fieri p̄t et electi. & hoc innit in Apoc. vbi dicitur. ¶ Pedes eius ſimiles aurical cho. ſicut in camino ardēt. ¶ Per pedes vltima xp̄i mēbra. ¶ Per camini veroye mēs tribulatio deſignat. Erbebit. eniz cuncta que in precedētib⁹ martyrib⁹ ſimpleta ſunt genera tormētoꝝ ſed i il lis regionibus tūc fideles maxime ſūt ve rādi & veb̄cētius vbi dñs ſuit crucifi

Abida

nis. Et dicit baymo sup Apoc. Illa ten-  
tatio nō p ptes. sed simul totū examina-  
bit mūdum. Soluatur. n. demones qui  
modo ligati sūt. nec pnt nocere quātam  
vellēt. fideles illo tpe non p̄dicabunt. qz  
tāqz excōcati habebunt tunc bōni. nec  
vēdetur eis nec emet. ab eis. nisi habeāt  
caracterem. i. signū aliqd ad sram. vt ad  
bertes sibi cognoscātur. ⁊ alii iterficiantur  
Aut nomē bestia. i. cōfessionem ois. aut  
numerū nois eius. i. multiplicacionē ope-  
rum. vt habet in apoc. Sicut. n. antiyps  
erit crudelior oibus p̄fcentoibus. ita sci  
tunc tpeo fortiores erūt omnibus retro  
martyribus.

De sequētibz antiypm. Cap. 10  
Redictis q̄tuoꝝ modis antiyps  
p multos ad se trahet. Un̄ Apoc. 12  
Lauda eius trahēbat tertiā p̄m  
stellaz. ⁊ misit eas i terrā. Trahet at̄ ma-  
los p m̄sēra bonos p tormēta. simplices  
p p̄dicacionē ⁊ miracula. qui. n. sancti ⁊  
iusti credebātur adhibēbit ei p suo ar-  
bitrio voluntatis. N̄ habebit fecus malos  
⁊ maleficos. reges quoqz p̄cipēs. Un̄  
Apoc. 13. Vidi de mari bestia ascendētē  
Glo. i. antiypm h̄ntem capita septē. i. p̄n-  
cipēs vniuersos ⁊ cornua decē. i. eos qui  
impugnant decalogū. Nota igit qz anti-  
yps veniet in benignitate ⁊ miraculorū  
opatione. ⁊ tūc a iudeis suscipietur qz  
sp̄aliter adhibēbit ad quorū cōuersionē  
veniet Melyas ⁊ Enoc. ⁊ antiyps tunc  
in ap̄am p̄secutionē cōsurgēt.

De Gog ⁊ Magog. Cap. 11  
Gog ⁊ magog. dicūt qdam qz  
sūt decē tribu intra mōtes caspi-  
os clāse nō ita tñ qz exire possēt  
si pmitterent. sed n̄ pmittitur a regina  
amazonū sub cuius regno ⁊ dictione vi-  
nūt. Has dicūt iudei i fine exiuras ⁊ vē-  
turas in hierusalē ⁊ cū suo in cū ecclias  
destruaturas. Alii dicūt qz p gog ⁊ ma-  
dog. intelligit exercitus antiyp̄ qz in fine  
seculi veniet expugnare ecclias. p Gog  
sm glo. illi ⁊ p quos latenter diabolus p-  
sequetur fideles designat. Der mago

illi quos ap̄te ecclēsia opprimes. vel iudē  
qz tempore antiyp̄i prius occulte ⁊ post  
modū aperte ecclēsiā p̄sequerentur. Se-  
cū dū Aug. gog. refert ad gētes magog  
ad diabolū. qz gog interpretat̄ occulta-  
tio. ⁊ magog. defectio.

De Melya ⁊ Enoch.

Capitulum. 12  
Mater oculū aduentū antiyp̄i qz ē  
p natiuitatē ⁊ manifestum ei? ad-  
uentum qui est p p̄dicacionē ⁊  
ap̄tem p̄secutionē. veniet Melyas ⁊  
Enoch ⁊ conuertēt sicut d̄. Adalechie  
vltimo corda p̄m in filios glo. qui susci-  
piēt fidez quā illi habuerūt. vñ ⁊ xp̄ia-  
ni ⁊ iudei pariter tūc in xp̄i religione con-  
sentient. De eorū p̄dicacione ⁊ scā con-  
uersione d̄ Apoc. 11. Dabo dnobis te-  
stibus meis. i. Melye ⁊ Enoch. ⁊ pp̄be-  
tabunt. i. p̄dicabūt. i. 2 4 6. i. tribus an-  
nis sicut ipse xp̄s p̄dicauit amicit̄ facis.  
Glo. p̄dicatōnes p̄nam exemplū osiden-  
tes hi due oliue ⁊ duo candelabra. Glo.  
i. i. lūmē dantes aliis. Tandem antiyps  
occidet eos in hierusalām. ⁊ iacebūt eorū  
pora eorum in plateis tribus dieb? ⁊ tri-  
bus noctibus cū dimidiō. qz nullus au-  
debit corpora eorū sepelire propter metū  
antiyp̄i. Ocelliores aut̄ eorum erunt val-  
de leti propter mortem eorū. Post dies  
tres ⁊ dimidiū resurgent. ⁊ eorū occi-  
sores au d̄it vocē talē Melyas. ⁊ Enoch  
ascendite huc. ⁊ ascendent in celum i nu-  
be. antiyps regnabit post mortem illoꝝ  
quindecim diebus.

De duratione huius p̄secutionis.

Capitulum. 13  
Egnabit antiyps sicut dicit glo.  
sup Apoc. tribus annis cū dimi-  
dio. Unde Dan. 11. Jurabit an-  
gelus p v̄uentem in eternum qz in tps  
i. vnius anni ⁊ tpa. i. duoz annoꝝ. ⁊ di-  
midium tps. i. dimidiū anni. Glo. Hoc  
spacio dicit̄ duratura desolatio antiyp̄i.  
Nisi aut̄ vt dicit̄ in Adab. b̄tiani sine-  
rūt dies illi nō fuisset salua ois caro. Et  
en̄ ⁊ superbos ⁊ infirmos dicit aspiciet

dens dies quos similit̄ malos intulit in  
 serico: die breniados. Dicit glo. sup ma  
 the. Nec tribulatio q̄to ceteris grauior  
 tanto breuitate moderatioz.

**De morte antichristi.**

**Laplin.** 14  
 p Oestate sua dñs occidet antixp̄s  
 sicut dicit glo. sup Apo. sine per se  
 sue p Ad ichalem. Occidet aut̄ in mó  
 te oluui in papsione ⁊ in folio suo in lo  
 co vl̄ circa quē dñs ascendit in celuz. In  
 terfecto antixpo nō statim veniet dñs ad  
 iudiciū. sed s̄m glo. sup Dan. cōceden  
 tur. 45. dies. in refrigeriū sanctorū ⁊ ad  
 cōuersionē ⁊ p̄niam subuersorū. Quātū  
 aut̄ spaciū sit inter illos. 45. dies ⁊ sinez  
 mūdi nemo scit. Ad iudiciū vero antixpi  
 post illius gaudēbūt ducentes viros ⁊  
 dicētes. Is princeps noster mortuus sit ha  
 benus in p̄ntem pacem ⁊ securitatem  
 eū talia dixerint repentinus ei supueniet  
 interitus. Iudei vō tūc cōuertētur ad fi  
 dē. Sancta ecclesia vsqz ad finē pacifica  
 ta gescet. qz ex tūc fraudulentia ⁊ senicia  
 diaboli penitus vbiqz duciet.

**De cōflagratione mundi.**

**Laplin.** 15

**I**gnis p maximus p̄cedet faciez  
 iudicis q̄ virtute diuina nō solum  
 ignis q̄ est in sp̄ra sua sed omnes ignes  
 q̄ in terra ⁊ sup terrā sūt p̄currēt ad mū  
 di cōflagrationē. Ignis aut̄ iste habebit  
 offiū quattuor igniū. s. ignis infernalis re  
 probos puniēdo. ⁊ ignis purgato: si bo  
 nos a ventibus purgādo. ⁊ ignis terre  
 stris vegetabilia ⁊ sensibilia p̄sumēdo. ⁊  
 diuinū hūm corpora incremādo. ⁊ ignis  
 elemētalis elemēta subtiliādo. ⁊ ad ino  
 uationē disponēdo. Per illū igit̄ ignem  
 ita facies terre exuret q̄ figura mūdi p̄  
 bit. sicut totiz factū fuit p̄ diluuiū. Et me  
 rito p̄mum dei iudiciū fuit p̄ aquā cōtra  
 ardorē luxurie q̄ tunc viguit. Ultimū vō  
 p̄ ignem erit p̄tra torporē charitatis que  
 tūc quasi senescēte mūdo refrigeret. Isti  
 us ignis actio erit successiua. hēbit enim  
 instām mediū ⁊ finē. Primo nāqz iudi

eis aduentū pueniet ⁊ quasi simul fiet p̄  
 illuz purgatio iustorū ⁊ punitio malorū  
 ⁊ cineratio corporū eū cōsumptione terre  
 nascentiū sicut dicit̄ est. Quo facto statiz  
 erit resurrectio corporū eū aduentū iudicis  
 ⁊ ad iudiciū. ⁊ tūc instāmabit̄ rotus mū  
 dus p̄ circuitū. Terminato vō iudicio ro  
 ra caliditas illius ignis exequet̄ siniam in  
 dicit̄. Inuoluet enim peccatores ⁊ trahet i  
 infernū. Et ita p̄s q̄ ignis ille aduentū in  
 dicit̄ p̄cedet ⁊ comitabit̄ ⁊ sequet̄. p̄  
 predicta fiet mūdi inuolutio. Sed inter  
 purgatoz ⁊ inouationē multiplex ē d̄ra  
 p̄mo qz purgatio erit qualitātū pena  
 lum detractio. sed inouatio erit pulchri  
 oris forme inductio. Secūdo qz purgatio ē  
 elemētōz ab impuritate quā h̄nt ex p̄m  
 ctione ad puritatez mutatio. Inuolutio  
 vero est a statu veteri in statum nouū cō  
 mutatio. ⁊ hoc est. p̄ cessationem a motū  
 In cellis enim pp̄ imp̄m̄ctionē nulla ipu  
 ritas est. sed imp̄fectio motus. Vñ non  
 erit in eis purgatio p̄ ignem sed a motu  
 cessatio. Ita aut̄ purgabūt̄ elemēta qz  
 p̄cedet̄ ab igne vis cōbustibilis ab aere  
 obscuritas. ab aqua glacialis frigiditas.  
 a terrā vō gratias ⁊ opacitas.

**De resurrectione generali.**

**Laplin.** 16

**E**us. n. sicut potentissimus est in  
 cōditione naturarū. ita est elemē  
 tissimus in collatione ḡrarum. ⁊  
 iustissimus in retributiōe stipēdiōz. Vis  
 igit̄ homo q̄cūqz i aia simul ⁊ i corpore  
 meruit vl̄ demeruit puniet̄ vel premia  
 bit̄ in vtroqz. Vñ in cōsē ip̄s oportet re  
 surget̄. Ad vocē at̄ tube resurget̄ mortus  
 sicut dicit̄ Apo. Duplex aut̄ intelligit̄ il  
 la vox. s̄m aut̄ quosdā vox tube est im  
 peritū xpi resurgere impantis. s̄m alios  
 vox tube est manifesta xpi appit̄to. Vñ  
